



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnium huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

I. De Verbo Dei Scripto Et Et Tradito

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

# I. DE VERBO DEI SCRIPTO, TRADITO, AC INCARNATO.

## QVÆSTIO I.

*Qui sint Canonici S. Scriptura libri:  
quaque Vulgatio proba?*

**L**IBERTINI, ex Luthero prognati, auctoribus Coppino & Quintino Picardis Tutoribus; itemque Gaspar Schvvenefeldius nouum orbi monstrum hæresios effuderunt istud, teste *Frid. Staphilo lib. de Concordia discipulorum Luth. & Petro Palladio lib. de hæresibus*: Dei Verbum Scriptum, vt Literam occidentem, repudiari oportere; soliusque interni Spiritus Critirio, suo quemque subauscultare. Idemque Scripturis palliant speciose.

**L**VTHERVVS & in primis CALVINVS *lib. contra Libertinos cap. 9.* sicut stylum in hos certatim exacuerunt: ita vnanimi libidine calumniandi Ecclesiam Dei, eandem fanatici Spiritus sacrilegam vesaniam nobis Romano-catholicis impudentissimè impingere nihil erubuerunt. Vt qui. ait CALVINVS initio *lib. aduersus Anabapt. dicamus, sacrosanctas Scripturas misas fieri oportere, vt Auctoritate hominum acquiescamus.* LVTHERVVS *lib. de Conciliis. Papa Sacram Scripturam in puluere ac cæno sepeliit, & Doctrinam Christianam panè integram delouit.* Vide meum *Mendacem Antipap. p. 1. quæst. 1.*

SVADENT Libertini istis præcipuè:  
1. Ex 2. Cor. 1. *Fecit nos Ministros Noui Testamenti: non Litera, sed spiritus.* 2. Ier. 3. *Dabo legem meam in mentem eorum, & in corde eorum scribam leges meas.* 2. Cor. 3. *Epistola vos estis scripta in cordib. vestris, qua scitur & legitur ab omnibus.* 1. Ioan. 2. *Vnctio spiritus docebit vos de omnibus.* 3. Isa. 54. *Dabo omnes filios tuos doctos à Domino.* Et factum est ita: 1. Thef. 4. *De caritate Fraternalitatis non necesse est scribere; ipsi enim à Deo didicistis.* Ioan. 6. *Erunt omnes docibiles Dei.* &c.

**A**VTOR. Ecclesia Orthodoxa, id est, Romano-catholica Verbum Dei scriptum sacrosanctè, ex quo accepit, semper retinuit, sub Custode S. TRADITIONE; & illud iuxta mentem sensumque orthodoxum, S. Spiritus vsa Magisterio, explicauit ac prædicauit vnanimi ac vniuersali cum consensu. Verùm quæ duo insunt vni Verbo scripto, ea separari non debent: Litera & spiritus. *Litera* namque sola multos occidit Nouatores: *Spiritus* verò in Litera *uiuificat*, vt verè sint *verba vita*: ipsaque stabilis ac certa Fidei Regula; sed Partialis: Consensus vniuersalis Ecclesiæ Docentis vt SIC, siue TRADITIO si accesserit, vt accessit, iam continuò Opus Dei perfectum constitit, vt nec portæ inferi aduersus illud valuerint vnquam præualere.

Quò vanior, ne dicam insanior, est Libertinorum iactantia: certior autem Ecclesiæ doctrina & Constantia negantis habendum illud pro DEI Verbo, quod priuatim cuiq; ad cor loquitur spiritus: Sed hoc solum quod à DEO Reuelatum consistit tum in scriptis Prophetis, Evangelicis, & Apostolicis; tum in Traditis ab Ecclesia, ex infallibili S. spiritus Assistentia promanantibus. 1. Quia Prophetæ, Christus, Apostoli ad tribunal S. Scripturæ prouocarunt, non ad interni spiritus iudicium. *Deut. 7. Ies. 8. Mal. 2. Luc. 4. v. 21. Mar. 12. Mat. 22. Ioan. 5. &c.* 2. Quæ prophetata accipimus, certa euenif-

uenisse tenemus: at privati Spiritus critica, vt alicui in se certa quædam forent; nobis tamen incerta manerent; nisi diuinitus confirmarentur: Sicut quæ iam prophetica tenemus, certissime euenisse Deus est testatus: vt docet *S. Aug. l. 18. Civ. c. 41.* 3. Consensum quoque mirificum & Scriptorum, & seculorū, videmus. vti vno ex Spiritu. 4. Accedit vindex Deus S. Scripturæ contra profanos illius abufores ac temeratores, dirè de celo punitos. 5. Et verò cum omnis Respub. legibus scriptis regatur; planè conuenit & Remp. Christianam diuinis Decretis, scripto declaratis, gubernari.

6. Demum vide age Lutheri in S. Scripturam reuerentiam; quam ei pro sua in nos calumnia repono; (nā de Caluino inferius.) Parce mihi Deus in fanda referenti! His ornat TITVLVS illam profanus Hæresiarcharum Centonista Lutherus.

*a. S. Scriptura metum est Venenum, b. Liber hæreticorum, c. Chæra lusoria, d. Latua e Præstigatorius facies, f. Nalus cereus, g. Incerta, h. Inuitus, i. libia sunt bublia, Babylonis, k. Biblia rationis, Iudæorum, Machumetia, sumbularia, Biblia sub pollice suillo, in le- & meretricio, l. Est liber feruus, m. Sathan, n. Merda Satana, o. Stereus in latera &c. a. Tom. 2. Wittenb. f. 111. a. b. In postilla de fallis proph. c. Tom. 2. Wittenb. f. 169. h. d. Tom. 4. f. 135. e. Tom. 2. f. 313. f. Tom. 6. f. 28. g. Tom. 7. f. 115. h. Tom. 2. f. 204. i. ibid. f. 61. k. To. 5. f. 52. l. Tom. 1. f. 155. m. ibid. n. Tom. 2. f. 391. o. Tom. 2. Ienens. f. 410.*

DICO AD I. *Litera* solum dicitur Lex incisa lapidibus; cuius Minister Moyses: quæ occidit dans mandatum, sed non gratiæ auxiliis: sicque, *Rom. 4.* præuicatores constituit, facitque peccatum supra modum peccans & augens concupiscentiam, *Rom. 7. Aug. l. de Spir. & lit. c. 4.* Itaque lex ex se sancta est; at occasione accepta occidit. Nouū Testam. verò nil pertinet ad Literam Veteris Test. confertque gratiam & à peccato liberat &c. AD II. Illa non tollunt S. Scri-

pturam; sed docent quæ per gratiam, & Spiritum Christi, & Consensum Ecclesiæ sint ad Fidem necessaria. AD III. S. Aug. intelligit illa de fide in Deum & Christum, vt cuius futuri sint omnes capaces, Deo fidei infundente.

## II. De Canonicis libris Veteris Testam.

LUTHERANI. & Magdeburgenses lib. 2. *Cen-  
Lectura* 7. cap. 1. col. 51. & Lutherus, & Cinglius in Præfationibus conuictorum ab ipsis Bibliorum. libros *Tobia, Iudith, Sapientia, Ecclesiastici, & Machabæorum* à sacro Canone auellunt. Sic & Kemnitiu in Exam. Trid. sess. 4. Ioan. Brentius in Confessione Wirtemb. cap. de Scrip. sacra, eos solum libros agnoscunt canonicos, quos Hebraei recipiunt. Hi vero, prædictos refutant, ait S. Hieron. in Prologo Galcato. I Lutherus quoque in alle. tart. 37. de Purgat. pertendit, *Libros Machabæorum nullius prorsum esse autoritatis*

Kemnitiu prædictos libros esse bonos ac sanctos asserit; non tamen infallibiles sic, vt ex iis firma duci argumenta queant. Itaque

LUTHERANI & CALVINIANI simul exauctorant Tobiam, Iudith, Sapientiam, Ecclesiasticum, & Machabæos.

SVADENT istis, 1. Quia Iudæi reiecerunt eos ab Canone, 2. Quia & S. Patrum quidam eosdem repudiarunt.

CALVINVS Instit. I. c. 11. §. 8. *Arguit mendacii librum Sapientia: tantum abest vt eum amplectatur. Instit. l. 2. c. 5. §. 18. librum Ecclesiastici solide esse negat autoritatis. Idem & de libris Machabæorum iudicat Inst. 3. c. 5. §. 8. In Antidoto autem Concilij Trid. sess. 4. Tobiam, quoque & Iudith repudiare videtur. Inque his suum sequitur Caprum grex Calvinistatum.*

AUTOR. Sacrorum Librorum clas-  
sis est triplex. I. Cunctis certissimæ au-  
toritatis: Vt *Pentateuchus, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duo: Esdra, & N. hemix duo, Iob, Psalterium 150. Psalmorum: Prouerbia, Ecclesiastes: Cantica, Prophetia maiores IV. Minores XII. Euange-  
lia IV. Acta, Epistola Pauli XIII. Canonica  
dua, Petri vna, Iohannis altera.*

II. Classis, Minus exploratae auctoritatis, cunctis, ubique, semper: Vt *Hester, Baruch, Danielus pars, Thobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Machabæorum, 1. & 2. Marci, Luca, & Ioannis partes: Ad Hebræos, Epistola Iacobi, Petri secunda, prima Ioannis particula: secunda, tertia Ioannis.*

III. Classis Librorum ab aliquibus agnitorum pro sacris; sed non publico Ecclesiæ iudicio approbatorum: Vt *Oratio Manasse, 3. & 4. Esdræ, tertius & quartus Machabæorum, Psalmus 151. Appendix libri Iob, Pastor Hermetis.*

DICO AD LUTHERANORVM Exauctorationem Veteris Testam. I. quòd ipsis contraria militant sacra veterum Concilia inde ab Concilio Carthagin. III. Itemque S. Patres. 2. Eignētum verò Kemnitii implicat contradictionem, statuentis esse Canonicos, & tamen non infallibiles; cūm idè sint norma, qua imperitiæ nostræ fallibilitas regatur, ne aberret: At, quæ erunt regula nobis, si sint fallibiles ipsi? Obiectiones aduersariorum triuales, vide apud *Bell. l. 1. c. 13. 14.*

DICIT AD I. S. Aug. 18. Ciuit. c. 36. *Machabæorum libros non Iudæi; sed Ecclesiæ pro Canonicis habet. Dein: tempore Esdræ factus est Canon; at tunc libri Machabæorum nondum erant scripti. Ad II. Innocentius Papa Canonem primus definiuit in Ecclesiæ; quem S. Augustinus, cæterique sunt secuti non igitur reiecerunt.*

III. *De lib. Canonicis Noui Test.*

II. LUTHERVS, Brent. Kemn. Magdeb, Epistolam Iacobi & Iudæ penitus contemnunt; de secunda Petri, de 1. & 3. Ioannis, dubitant; alii variant.

CALVINVS & CALVINISTÆ, in Confessione Pisiacensi art. 3. eadem recipiunt o-

B. 1. 15.

AVTOR. Verè Apostolicas ac diuinas esse declarauit Conc. Carthag. III. Et porrò cætera; Sanctique Patres. Neque obiectione Lutheranae robur habent vllum. *Bell. lib. 1. cap. 18.*

LUTHERVS in *Præfat. Noui Testamenti Apocalypsin* nec pro libro Prophetico, nec pro Apostolico recipit, eò quod beatos dicat, qui seruant ea quæ scripta sunt in ea; cūm eam nemo sat intelligat.

CALVINVS eam propugnat acriter, & cum eo, descilcentes à suo Luthero Magdeburgenses *Cent. 1. l. 2. c. 2.* Erasmus in fine annotationum in Apoc. anxie conquirat argumenta, vt eam S. Ioanni abiudicet.

AVTOR. Apocalypsis verè est Ioannis: testibus Concilii Ancyrano, Carthag. III. & c. & S. Patribus quæ Græcis, quæ Latinis. Neque obscura solum vaticinia, sed præcepta etiam moralia continet; vt pote cuius scopus est nos hortari ad perseuerantiam & patientiam in persecutione. Verè S. August. I. de bono perseuer. c. I. *Scripturas sic accipiunt, vt suo quodam privilegio, imò sacrilegio, quod volunt, sumant; quod nolunt, reiciant.*

LUTHERANI Epistolam ad Hebræos nec esse Pauli, nec vllius Apostoli contendunt; quòd quadam contineat contra Euangelicam & Apostolicam doctrinam. Ita Lutherus in Prologo ad Hebr. Brentius, Kemn. Magdeburgenses.

CALVINISTÆ verò, esse Apostolicam pertendunt; *Ecceius tamen, addubitant.* Ita Caluinus Instit. cap. 8. §. 216. impressa anno 1554 & cap. 10. §. 83. & c. Quocirca Ministri in Confessione Pisiacensi oblata art. 3. *Canonicam asserunt; sed auctoris incerti.*

AVTOR. Sed vtrique in hoc, aduersantibus SS. Patribus, secuti sunt hæresiarum Marcionem, iam olim ob id ipsum condemnatum: teste S. Hieronymo in *Præfat. ad Titum.* Sequuntur & Arium, apud *Theodoretum* in præfat. ad Hebr. *Bell. lib. 1. cap. 13.*

IV. De

## IV. De Vulgata Editione

**L**UTHERANI; vt Kernn. ad Trid. Sess. 4. Et CALVINIANI, vt Calvinus in *Antid. ibid. & Inst. l. 1. cap. 6. §. 11.* Vulgaræ, seu Hieronymianæ, odio editionis, omnia examinari, emendatque volunt ad textum Hebræum; vt quem fontem esse purissimum appellent. Hinc innumera, & pugnantes sunt eis versiones; vt Lutheri, Oecolampadii, Bibliandri, Castellionis, Iunii, Tremellii, Munsteri, Bezae, &c. vide *infra quæst. 3.*

**A**VTOR. At ipse Calvinus ibid. coarguit Iudæos, vt qui Lectionem inuertant: quare & iste fons subinde turbidus manat. 2. Quin meliorem esse Latinam versionem ipse fatetur; eò quod Rabbini cum addiderunt puncta, pluscula seu odio, seu imperitiâ, deprauarunt. 3. Lutherus in Comment. de nouiss. verbis Dauidis ait: *Ommino melius est retinere versionem vsitatam, quam tot nouas cumulari, &c.* In libr. prophetiarum suarum collecto per VValterum Hall. *Paulatim tam multa futura sunt Biblia, quam multi scoli in Hebraica Magistros se profitebuntur.* Nimirum Genes. 11. *Qua ibi confusum est labium terræ, vocatum est nomen eius Babel. Iuxta illud: Confundamus linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui.* At è contrâ Romano-catholicis, *Eccce vnus est populus, & vnus labium omnibus.*

## V. De Autoritate Versionis.

**L**UTHERANI volunt Lutheri versionem haberi pro authentica. Sic in Decreto Lipsiensi Melanch. Pomer. &c. subscripserunt.

**I**I. ZWINGLIANI, Anabaptistæ & Calvinistæ nullam habere volunt authenticâ: teste præfat. Tigurinae editionis.

**I**II. Lutherani tamen & Calviniani iunctim, vt Kernn. & Calvinus exagitant Cœc. Trid. sess. 4. quod solam vulgatam iubeat

esse adprobatam. Sic & plures alii: quorum mendacia vide in meo *Mendace Antipap. meo. p. 1. quæst. 1.*

**S**VADENT istis 1. Quia potius credendum fontibus Hebræis & Græcorum, quam riuis interpretum. 2. Huc plura coaceruant loca, quasi deprauata.

**A**VTOR. Hieronymiana versio probatur in Conc. Tridentino, ab vsu probato plus mille annorum continuo: & ob testimonia S. Patrum. 2. Hebræi Hebræam, Græci Græcam suam obseruarunt authenticam: quò magis & Latini latinam habeant oportet. 3. Hebræa lingua vix paucorum est in Cœciliis; Latina, omnium. 4. Solenne autem est hæreticis, vt velent suas corruptelas, ad fontes sese Hebræos, Græcolue referre.

**D**ICO AD I. Fontes turbarunt tum Hebræi tum Græci: Latina autem Ecclesia vt in fide constantior; sic in sana versione custodienda fuit obseruantior, quam Græca, &c. Ad 2. Vide *Bellarmin. libr. 2. cap. 11. & 12.* Particularia enim prætereo: cum ex vniuersæ genere quæstionis constare queunt.

## VI. De Vulgatis Linguis S. Scripturae.

**L**UTHERANI, Calviniani, cæteri que Nouatores; vt Brentius *In Confess. VVirtemb.* Calvinus *Inst. 3. cap. 20. §. 33.* Kernn. ad Sess. 4. conclamant, In omni lingua edi licere, & debere S. Scripturam legi, atque cantari.

**S**VADENT istis. 1. Quia, 1. Cor. 14. *Si incertam vocem det tuba quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem m dederitis, quomodo scietur id, quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes.* Ioh. 1. *Si orem lingua, spiritus meus orat; mens autem mea sine fructu est.* &c. 2. Calv. *lib. 29. Mat. 15. Hic populus labiis me honorat.* 3.

Kemnit. Præcipit innocentius III. ut procuraret episcopus officia diuina linguis diuersis celebrari vbi diuersarum fuerit linguarum populus. 4. Finis Diuinorum est Institutio, Consolatio, Aedificatio: quæ nulla sunt in linguæ vsu ignotæ, &c.

**AUTOR.** Vulgares versiones non prohibet Ecclesia; sed earum vsum cuiuslibet prostitui non probat. Hebræam tamen, puramque Græcam, & Latinam oppidò colit, & obseruat. 1. Quia ab tempore Esdræ vulgaris esse desit Hebræa lingua per 70. annorum captiuitatem Babylonicam: attamen Lex in sola Hebræa prælegebatur populo. 2. *Esd. 8.* Sic etiamnum hodie assolet Iudæis. 2. Quia Apostoli omnibus linguis prædicarunt; at solum Hebræam & Græcâ scripserunt; forsân & Latinâ. Et Paulus Romanis Græcè scripsit. 3. Cõmunicatio nationum vnitasque fidei rectius seruatur in communissimis linguis. 4. Quia Inconuenientia plura se dant ex vulgariũ vsu linguarum. *Bell. cap. 15.*

**DICO AD I.** Ibi agitur de Exhortatione spiritali: non præcipuè de Officiis diuinis. Ita S. Patres, Cypr. Aug. Bas. Ambr. &c. Deinde Officia sat est si vnus, aut pluresculi intelligant, & respondere sciant. Demum de Canticis spiritalibus ibi potissimus est sermo, de laude Dei, oratione, gratiarum actione: hæc popularia sunt; Officia verò Clericalia sunt.

**Ad II.** Non labiorum solorum, nec intellectus solius oratio; sed cordis puri & affectus deuoti, honorat Deum; et si non intelligatur ab orante seu audiente illam.

**Ad III.** De sola Hebræa & Græcâ ibi fit sermo; non de vulgaribus.

**Ad IV.** Finis præcipuus Diuinorum officiorum est cultus Deo debitus ab Ecclesia: at Cleri est populum docere, solari. &c.

## QVÆSTIO II.

*Sine S. Scriptura per se ipsam intellectu facilis & aperta?*

**LUTHERVS** in præfat. assert. artic. *Scriptura per se certissima, facilissima, apertissima est sui interpretis, omnium omnia probans, iudicans &c.* Dicit ibid. clarior rem esse omnium Patrum scriptis. Addit amen a ibi. 1. Si quid hic sit obscurum, explicari alibi: 2. Item clara per se, obscura sic superbis & infidelibus, ob prauum affectum; 3. Breuius in proleg. contra Soro, obscuram subinde vderi ob phrasas Hebræismi & Græcismi. Sic plerique Lutherani.

**CALVINISTÆ**, apud Ioan. Scharpium in cursu Theol. controu. 7. de Scriptura, ad Iacobum Angliæ Regem anno 1620. *In verbis sæpè difficultas: at in rebus articuli fidei sunt manifesti. 2. In se Scriptura est perspicua; at nobis difficilis, ob cæcitatem, & ignorantiam, aut curiositatem, quod expressis in ea non contenti curiosa indagemus. 3. Dogmata quedam in se sunt obscura, ut de Deo Trinuno &c. Quatenus tamen expedit, ut ea cognoscamus; sunt manifesta. 4. Scriptura claritas, respectu nostri, Interna cordis, eger illuminatione Sp. Sancti; cum naturali acumini omnia sint obscura: Et ea claritas est fidei, & solida notitia. Externa, in verbis est posita; Sic dogmata in Scriptura expressa planè sunt omnia, ut ea vel impij, imò & demones ex scriptura intelligant, historicè solnm.*

**SVADENTISTIS.** 1. Deut. 30. *Mandatum quod præcipio tibi, non supra te est, &c.* Brennius, addit, *Vt non sit opus ire Romam.* 2. *Psal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos &c.* 3. *Habem. 1. 2. Pet. 1. firmiorem propheticum sermonem; cui benefacitis attend. nos, tanquam lucerna lucenti in calig. loco.* 4. *Quod si opertum est Euang. 2. Cor. 4. in tã; qui pereunt, opertum est: in quibus Deus huius sæculi excacauit oculos infidelium.* 5. *Vetus Test. eger liber signatus, Isa. 29. at in Nouo est apertus*

pectus ab Agno, & Apoc. 9. Ideo Mar. 17. ve-  
rum templi scissum est; in signum, &c.

**AUTOR.** Scriptura s. hinc facilis est; obscura isthic. 2. Pet. 3. In epistolis Pauli sunt quadam difficilia intellectu; qua indocti, & instabiles depravant; sicut & ceteras Scripturas: ad suam ipsorum perditionem. Difficilia, ait, absolute; non solum indoctis, ut hæretici volunt. 2. Sic S. Patres apud Bell. l. 3. c. 1. 3. Ratio S. Chryf. hom. 44. in Matt. op. imper. Quia Deus voluit alios esse Magistros, alios discipulos. Deinde Ne clara non tam utilis, quam contemtibilis foret. Item quò ad Res; obscura est in altissimis mysterijs: Quoad Modum, sæpe videntur contraria loca; Verba sunt & orationes ambigua; Imperfecta; Præpostera in ordine; Hebraismi. 4. Si clara; cur Lutherus, Calvinus, &c. tot tantaque Commentaria in eam fuderunt? Ut Osiander contra Melancht. dicat, de sola Iustificacione secundum Scripturas ultra XX. sententias versari diuerfas. Unde Lutherus lib. contra Zving. & Oecolamp. Si diutius steterit mundus, iterum fore necessarium, ut propter diuersas interpretationes, que nunc sunt, ad conseruandam Fidei Vnitatem, Conciliorum Decreta recipiamus. Idem in præfat. ad Psalmos: Nolim id de me presumi, quod nullus adhuc prestare potuit sanctissimo: & doctissimo. id est, Psalterium in omnibus suo legitimo sensu intelligere & docere. Multa sibi reseruaui Spiritus, quò nos semper discipulos habeat: multa solum ostendit, ut alliciat: multa tradit, ut afficiat. Infra. Scio esse impudentissima temeritatis eum, qui audeat profiteri, vnum Scripturae librum à se in omnibus partibus intellectum. Similia Brennius, Kemnitius, &c.

**DICO AD I.** De tota Scriptura quæritur; non de sola Mosaica lege: unde ex parte malè de toto concluditur. Deinde S. Patres id capiunt de facilitate implendi mandata Decalogi: Tert. Orig. Ambr. Chry. &c. Alij de facilitate Intelligendi id accipiunt; ut Abulensis &c. Ideo subditur: Prope est sermo in ore, in corde tuo: nam Decalogus est legis natura. Dauid, vbi difficilem sibi legem dicit, respexit ad totam Scripturam.

**AD II.** Idem è contrà orauit, Psal. 118. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Psal. 135. Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me justificationes tuas. Clara igitur lex Moyfis est per se, quoad literam, sensum literalem, & Omnem sensum per accidens, si illuminatio DEI accesserit. Sensus enim literalis iam est expressus; ut, non occides: iam implicitus, dum idem prohibet iram.

**AD III.** Scr. intellecta illuminant; ideo Eunuchus ait: Quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Euntes in Emmaus illuminati facile Scripturas intelligebant. Deinde à Prophetiis veteris Testam. malè infertur de tota Scriptura: Neque illa temper clara est; teste Eunuchus: quia 2. Cor. 3. sub ænigmate prophetabant de Christo: ideo iubet, Ioh. 5. Scrutamini scripturas.

Apocalypsin, Danielem, Ezechiel. quis sat vnquam intellexit? Ideo laudantur Attendentes: Iubentur Scrutamini. Monetur, Quòd omnis propheta scriptura propria interpretatione non fit. &c. Rom. 11. Quis enim cognouit sensum Domini? 1. Cor. 12. Nūquid omnes Doctores. &c.

AD

AD. IV. Agitur ibi de Euangelio Prædicato infidelibus: non de scripto. Vnde I. Cor. I. *Nos prædicamus Christum crucifixum; Iudæis scandalum; Gentibus stultitiam. Deinde; Clara prædicatio; sed incredulis obcura Fides: quia Scripturam vel non intelligunt, vel ei non credunt. Indicabat id velamen, Moysis faciei oppanum. Demum: Mysteria credentibus sunt certa omnibus; multis clara: Scripturæ tamen non multis; minus omnibus liquent.*

AD. V. Iam liquet scriptura credita, quoad verba, sensum literalem, & mysteria præfigurata aut prophetizata. Ipsa Apocalypsis cui aperta est? At credita est, & exposita Ecclesiæ sat liquet.

### QVÆSTIO III.

*An sit cuiusuis Biblia legere, & Interpretari?*

LUTHERANI & CALVINIANI iuxta, cæterique, 1. Sibi sumunt Scripturam è quavis in quamlibet linguam vertendi licentiam: item Hebræam, Græcamque, Latinamque interpretandi ad libitum. Hinc à vera lectione ac Interpretatione in diuersa abeunt, ac obscèrè discrepant in & verbis, & sententiis, quin & libris quoq; Scripturarum mutatis, mutilatis, omissis, eiectis, additisque nouis. Liquet è iusta superius allata eorum querela: Cui addit Lutherus ibid: *Istis nihil proficitur, nisi quod discrepantia lectionum turbat memoriam, remoratur studium, ac in multis locis incertiore dimittit legentem, quam fuerat. Rauchlinus in Concord. hebræ. Multa translationes Bibliorum produnt; quas melius fuisset non nata esse, vel statim interisse.*

SVADENTISTIS communem vulgo lectionem fieri Scripturarum. 1. Quia Mandat omnibus Dominus, Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas.* 2. Beroënse Act. 17. *quotidie lecta-*

bantur scripturas. 3. Dominus oratione sua ostendit, plus inesse luminis diuini paruulis & abiectis, quam sapientibus & elatis. *Math. 11. Ergo.*

AUTOR. I. Prælegere, & exponere Scripturas proprium est ad hoc deputatis & instructis. 1. Quia in Vet. Test. Sacerdotum erat, Tuba canere, docere populum, consulere Deum, responsa Dei ferre etiam ad sanctissimos. *Iosu. 6. Deu. 24. 2. Reg. 14. Malac. 1. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam.* In nouo Test. Eph. 4. *Constituit Deus. QVOSDAM, non omnes, Doctores et Pastores, ad consummationem sanctorum, in edificationem Corporis Christi.* Proinde, Act 20. *Attendite vobis, & uniuerso gregi, in quo posuit Vos præ omnib. Deus &c. 2. Tim 4. Attende lectioni, adhortationi, doctrinae. 25. 2. S. Hiero: l. 1. contra Pelag. queritur hæreticos; quò plebis sibi colligant fauorem; scientiam legis quibuslibet, etiam mulierculis, tribuisse. Idem insinuatur factitatum, Iac. 3. *Nolite fieri plures Magistri, nec S. ientes; quoniam maius iudicium sumitis.* 3. S. Patres, ut S. Hilar l. 2. *de trinit. et. l. 2. ad Constantiam: S. Hieron. in Gal. 1. S. August. l. 12. Confess. c. 25. &c.* docent; Non aliunde tot ortas hæreses, & schismata profeminata; quam quòd quivis Scripturam legeret, iudicaret, & sua ad commenta accommodaret.*

II. Vnum demus in Exemplum Lutherum, Magistrum vulgaris Magisterij super Sacras Scripturas, quem ipse in interpretando deferat honorem Scripturis. 1. Blasphemat subinde: *Vt Tomo 2. Wittembergensi fol. 226. b. In principio creauit Deus cælum & terram: id est: vorauit cuculus currucam cum plu-*  
mis



mis & omnibus: **Der Guckgag hat die Graßmuel gefressen.** Idem to. 2. Ienen. f. 404. b. *Vos estis lux mundi*: id est: *stercus in laterna.* 2. Verba depravat: testis Georgius Dux Saxonie in præfat. ad Nouum Test. Embseri, vbi notat vltra sexcenta loca ab Luthero deprauata: vt Isa. 9. est *Deus fortis*; is ponit, *Virtus Patris*: quasi Christus non esset Deus. Gal. 5. Omisit in donis Sp. sancti, Patientiam, modestiam, continentiam. 3. Sententias omisit: vt i. Ioan. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant.* &c. 4. Partes omisit: vt Dan. 3. versus 66 & partem Esther. 5. Capita omisit: vt Danielis duo vltima. 6. Libros exautorauit, vt Iudith, Sapientie, Tobie, Ecclesiasticum, Baruch, Machabæorum lib 1 & secundum, Epistolam ad Hebræos, Iacobi, Iudæ, Apocalypsin, to. 5. fol. 515. 6. to. 2. f. 188. a.

III. Vt omninò iuste quærat P. Becanus in Manuali controu. lib. i. c. q. 1. 4. *An Lutherani & Caluiniſta habeant Veram Scripturam?* Negat. Sicque probat. In Scriptura tria spectantur, Canon, Versio, Interpretatio.

1. *Canonem* non habent; quia in hoc dirè & procul inter sese dissident, ac digladiantur: nec vtrorumque Canon est ab Ecclesia vnquam adprobatus: adeò is discrepat etiam à S. Patrum Canone prisco ac primæuo.

2. *Versionem autenticam* non habent: patet supra; multas numerant, nullam undique omnes probant; alij alias culant: *Lutheranam* carpunt Tigurini, Osiandri, Bucerus, Munsterus: Lutherus post annos XX se errasse crebrò. fatetur. *Bezanã* damnat Castalion, Huberus &c. *Castalianã* dānat Beza, ridet, &c. *Münst-*

*rianã* Tigurini, Pelican, &c. respuūt, &c.

3. *Sensum & Interpretationem autenticam* non habent, nisi quam à nobis accipiunt: vbi abeunt; errant. Vt Isa. 41. *Bene aut malè, si potestis, facite*: id est Luthero, homo non habet amplius liberum arbitrium, quia id per peccatum Adæ perdidit. Item, Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*: hoc Caluinus vult ironicè dictum, q. d. *Ne serues mandata.* Sic pleraque vult dicta à Christo, Inst. 3. c. 24. §. 13. *Ecce, vocem ad eos dirigit; sed vt magis obsurdescant: Lumen accendit; sed vt reddantur cæciores: Doctrinam profert; sed quam magis obstupescant: Remedium adhibet: sed ne sanentur.* Item, Math. 26. *Hic est Sanguis meus noui Test.* id est, Lutheranis, *hoc vinum est meus Sanguis*; Caluiniſtis, *hoc vinum significat meum sanguinè*: Pleſt. 1. 4. Euch. c. 2. *hec est illa mors & passio, quam paulò post sustinebo.* Idem Act. 2. *Non derelinques animã meam in inferno*, id est, Beza: *cadauer in sepulcro.* Item Heb. 9. *Honorabile Connubium in omnibus*, id est Caluino & Beza, *est honoratum & licitum in omnibus cuiusuis Ordinis.* Malù! Quæ isthæc tanta hominum in Diuinis est audacia ac theomachia?

4. Neq; possunt habere sensum Scripturæ verum: 1. Quia donum interpretationis datur tantum in Catholica Ecclesia, 1. Cor. 12. At ipsorum non est verè Catholica. Liqueat seipso, patebit & inf. p. 2. 2. Ibi id reperitur, vbi est donum miraculorū: Sed hoc nō est apud sectarios: ergo nec illud. Hæc ex R. P. Becano.

DICO AD I. Solis Legis peritis dictum, *Scrutamini nō omnibus.* AD.

II. Vtinam Beroënſes sat imitaremur, perscrutantes, quam dissona S. Scripturis

ris comminiscantur Nouatores. AD  
III. paruuli dicuntur humiles doctique;  
non tumidi Rabini, captiuare nolentes  
intellectum in obsequium fidei.

#### Q V Æ S T I O I V.

*Controuersiarum fidei quis Iudex summus  
in terris?*

**L**V THERANI & CALVINIANI volunt  
Iudicem solum esse Sp. Sanctum in Scri-  
pturis loquentem.

Sic LV THERVS in præfat. assert. art. 175. *Capite hoc  
Euangelium; Quia neque Papa, neque Concilij, neque  
ulli hominum commissum est, ut constituat & concludat,  
quid sit fides. Ideo debet dicere: Papa, tu conclusisti cum  
Concilio; nunc habeo ego iudicium, an acceptare queam,  
nec ne. Quia non stabis pro me, quando debeo mori. Et  
falsam doctrinam nemo iudicare potest, nisi spiritualis ho-  
mo. Ideo res est insana, quod Concilia concludere vo-  
lunt, qui deradendum, eum sepe nullus vir sit tibi, qui di-  
uinum Sp. vel modicum olfecerit.* MELANCHT. in  
Locis c. de Ecclesia. *Cum de Scriptura sententia dissen-  
sus oritur; tunc ipsum verbum Dei est iudex; & accedit  
Confessio vera Ecclesie. i. e. paucorum, ait, cum Verbo  
Dei consentientium. Sic & Brentius in Confes. Wit-  
temb. Ad quemque priuatum pertinet, de doctrina re-  
ligionis iudicare.*

CALVINVS *Inst.* 4. c. 9. §. 8. 12. 13. etiam  
Generalium Conc. & S. Patrum Iudicem  
facit quemque priuatum.

SVADENT istis 1. Isa. *Dabo omnes fili-  
os tuos doctos à Domino.* 2. Ierm. 3. *Dabo le-  
gem meam in cordibus eorum. &c. Omnes enim  
scient me.* 3. Math. 23. *Vnu est omnium Ma-  
gister vester Christus.* 4. Iohan. 5. *Ego testi-  
monium ab hominibus non accipio.* 5. Ioan. 7.  
*Si quis voluerit voluntatem eius facere, qui mi-  
sit me, agnoscat de Doctrina mea, utrum ex Deo  
sit.* 6. Ioan. 10. *Oves mea vocem meam au-  
diunt.* 7. *Spiritualis autem,* 1. Cor. 2. *diu-  
dicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.* 8. *O-  
mnia probate,* 1. Thess. 5. *quod bonum est, te-  
nete.* 9. *Non necesse habetis, ut aliquis doceat  
vos,* 1. Iohan. 2. *Sed Unctio docet vos de omni-  
bus.* 10. Ephes. 2. *Estis Cines Sanctorum, &  
dom. Dei, superedificati supra Fundamentum  
Apost. & Proph.* II. Alioquin Papa foret su-  
pra Scripturam; hæcque ab eo robur acci-

peret. 12. *Fides nostra suspendet ab iudicio  
Ecclesie, nimium debili nititur fundamen-  
to, &c.*

**A**V T O R. Cùm eo Spiritu Sancto,  
quo inspirati, locuti sunt Sancti, 2. Pet. 1. fit  
interpretanda Scriptura; isque omninò  
infallibiliter assistat Papæ & Concilio,  
seu Ecclesie: idem idcirco Papa cum eâ-  
dem summus Scripturæ Interpres, Iu-  
dexque est controuersiarum: juxta *Conc.  
Trid. Sess. 4.*

I. Quia sic Scriptura Vetus ac Noua  
in meo *Antichristo. p. 1. q. 1.* Et *Exod. 18.*  
Moyse sedit Israëlita Caput Ecclesie  
Iudexque dubiorum circa legem exor-  
torum decernebat; non ad priuatum  
spiritum remittebat: Inferiores quoque  
Iudices causarum minorum maiora ad  
vnum cum negotia referebant. Fuit au-  
tem Moyse Iudex, & Pontifex, Sacer-  
dote Aarone maior, extraordinarius su-  
pra ordinarium, vereque Sacerdos, *Psal.*  
*98. Exod. 28. 29. Deut. 17. Si ambiguum  
apud te, &c. venies ad Sacerdotem & Iudicem,  
qui fuerit; indicabuntque tibi iudicij verita-  
tem. Sequerisque sententiam. Quia au-  
tem superbiert, nolens obedire Sacerdotis  
imperio; morietur.*

Hic ineptiunt cum Brentio: 1. Esse  
præceptum conditionatum: 2. Re-  
mitti ad politicum Iudicem; 3. Idque  
in causis politicis: At ibi absolute ju-  
betur, pro Sacerdote summo, in causis  
religionis ac Legis: Liqueat è textu cui  
vim faciunt Nouatores ex causæ bonæ  
desperatione.

II. Sic praxis Ecclesie; quæ omnes  
omnium retrò sæculorum nouatrices  
controuersarum quæstionum hæreses  
per Papas, Conciliaque, condemnauit,  
tustu.

sustulit. 1. *Saculo* Act. 15. Ceremoniis Iudaicis antiquandis, contra Iudai-  
zantes. 2. *Saculo*. De Paschate cele-  
brando, contra Quartodecimanos. 3.  
*Saculo*. De non rebaptizandis hæreticis,  
& de absoluendis post Baptismum la-  
psis, contra Nouatianos. 4. *Saculo*.  
De homouisia, cōtra Arium in Nicæno.  
5. *Saculo*. In Ephesino, contra Nesto-  
rium; in Chalcedonenfi Conc. contra  
Eutychetem. 6. *Saculo*. in Synodo V.  
contra plures. 7. *Saculo*. in Synodo  
VI. contra Monotelitas. 8. *Saculo*. In  
Synodo VII. contra Iconomachos. 9.  
*Saculo*. In Synodo II X. contra alias hæ-  
reses. 10. *Saculo*. Schisma Græcorum.  
11. *Saculo*. In Vercellensi Conc. & Ro-  
mano, contra Berengarium. 12. *Sac.*  
in Rhemenfi, contra Abailardum. 13.  
*Saculo*. In Constant. contra Ioachimū.  
14. *Saculo*. In Vienn. contra Begaodos.  
15. *Saculo*. In Constant. contra Wickleff  
& Huff. 16. *Saculo*. In Trident. contra  
Luther. Calv. Ginglianos, &c.

Eundem prorsus ad modum in Vete-  
ri Testamento, idem sacrum summum-  
que iudicium, Legem concernens, Pon-  
tificium fuit atque Sacerdotale. *Exod. 18.*  
& *20. Eccl. 12. Malach. 2. Paral. 19. &c.*

III. Accedit vnanimis S. Patrū, ac Im-  
peratorū consensus apud *Bellar. l. 3. de Verbo  
Dei. 6. 7. 8.* ita decernētiū teneri oportere.

IV. R A T I O item pugnat inuicta  
per sufficientem Inductionem. Quia  
sicut in Repub. humana, ex Lege natu-  
rali controuersia ad Iudicem deponun-  
tur: ita potius in Lege sacra apud Iudicē  
sacrum: Atqui hic ipsa esse nequit S.  
Scriptura; non priuatus Spiritus; nec sæ-  
cularis Potestas; Ergo supremus Eccle-  
siæ Pastor,

1. *Non Scriptura* S. Quia, vt Lex &  
Iudex sunt distincta; sic & Scriptura &  
Iudex. Atque tamen Scripturæ per  
collationem scripturarum conciliari  
queant; non tamen id sine Iudice: ne lis  
ex lite nascatur & nec tatur, citra finem  
modumque: Ceu patet in isto: *Hoc est  
Corpus meum. Vide Staplet. in c. 13. Act.*

2. *Non Priuatus Spiritus* cuiusque: vt  
doceo in *Mendace Antipapista par. 1. q. 1. nu.*  
6. Et in *Antichristo p. 1. q. 1.* Adde, Si in di-  
uinis sufficeret ad dirimendas quæstio-  
nes Priuatus cuiusque Spiritus; & in hu-  
manis quoque Legibus interpretandis  
sat foret cuiusque lumen naturale; vt  
cum quali sunt sancitæ: At hinc coactiua  
opus est autoritate. Quid, quod olim  
quoque plures Priuatum spiritum ia-  
ctitarint; & falsi tamen prophetæ fue-  
runt? 2. *Paral. 18.*

3. *Non potestas secularis* esse Iudex po-  
test: Quia hic nequit excedere suam vir-  
tutem dictaminis naturalis. Vide  
*Bellar. l. 3. De Verbo Dei, c. 9. 10.*

Ergo Papa vel Solus, vel cum Eccle-  
sia, legitimus est Iudex sacer Controuer-  
siarum, Plura infra *par. 2. quæst. 17. 18. &c.*

DICO AD I. A Domino scilicet Chri-  
sto; non à priuato Spiritu. *Vel:* Non quod  
omnes sint omnia diuinitus intellectu-  
ri; sed futuros tales, vt corde credant,  
quod aure audierint, mouente eos spiri-  
tu Dei. Sic *Augustinus. Ad. II. Legem,*  
id est Augustino, gratiam Fidei per cari-  
tatem operantis.

AD II. Ibi arguit ambitionem Ma-  
gisterij; non ipsius Officium.

AD III. *Ego non &c.* propter me: at  
propter alios tamen accepit à Ioanne,  
1. Ioan. 15. *Vos testimonium perhibebitis.*

B 2 I, Act.

I. Actor. *Eritis mihi testes. &c.*

AD V. Docet bonos carere impedimento vitiorum; ob quæ improbi nec per se, nec per alios intelligere possint.

AD VI. Id est, ait *S. Aug.* Prædestinati audiunt ante mortem vocem DEI. Neque ibi fit sermo de intelligentia S. scripturæ,

AD VII. Cùm certi non simus certitudine fidei, qui verè sint *Spirituales*: Cùm etiam hi non semper illuminentur, quin quædam aliquando nesciant; idcirco non ad eos pertinere potest definitivum & ultimum iudicium fidei. Qui tamen iudicet omnia, cum esse spiritalem necesse est, id est, regi à DE I spiritu.

AD VIII. *Omnia*; non *Omnes*: idèò soli Pontifices *judicant omnia*, sc. dubia. Nam de definitis in Conc. Ierolol. Paulus non ait, *probate*; sed, *Act. 15.* præcipiebat servari.

AD IX. Loquitur, non de omni diuinorum cognitione; alioquin hic frustra doceret eos quædam: sed de sola accepta doctrina, quam ab Apostolis cooperante gratia Dei cõdidicerant: At verò de nondum accepta docet vnctio.

AD X. Verbum Dei, per Apostolos & Prophetas ministratũ, est Fũdamentũ primum: at secundarium quoque est Ecclesiæ testificatio; cuius Lapis Angularis Christus: huius veritati primæ reuelanti Principiò per se; nunc vt SIC scil. per Ecclesiam testantem & docentem, adhæremus.

AD XI. Iudicare de Scripturæ æquiuocum est: sc. 1. Verum ea, an falsum doceat: 2. Quæ illius sit interpretatio; quæque sit ipsa verè Canonica, aut apo-

crypha. Hoc secundo modo; non illo, iudicat Papavel Ecclesia Scripturam: nam illo priore modo foret supra Scripturam.

AD XII. Pendet à Verbo ipsi? Sancti Spiritus assistentis Ecclesiæ vique ad consummationem. Plura infra *part. 2. quest. 15.*

#### QUESTIO V.

*Quatenus Verbo Tradito standum, vel abstinendum?*

LUTHERO-CALVINISTICA CONCORDIA ab nobis discors est in tribus. I. In Scripturis omnia contineri pertendunt ad Fidem & Mores necessaria: ac proinde non opus vllò Verbo Non Scripto. Ita LUTHERVS in Gal. 1. *Nec aliam doctrinam in Ecclesia tradi & audiri decet, quam purum Dei Verbum; Doctores, vel auditores alij cum sua doctrina anathema sunt.* Brentius in prologo cap. de Trad. *Nulla traditio contra, vel præter testimonia Scripturæ, pro dogmate necessaria ad salutem est.* CALVINVS Inst. 4. c. 8. §. 8. *Esto hoc firmum axioma: Non aliud habendum esse Dei Verbum, cui detur in Ecclesia locus, quam quod Lege primum, & prophetis; deinde & Apostolicis Scriptis continetur.* Sic communis similitum.

II. Apostolos quædam, præter Scripturam, instituisse ad Ritus & Ordinem pertinentia; at minimè necessaria, minus præcepta, sed libera: Quæ ad fidem, Moresque necessaria fuerant, scriptis comprehendisse. Ita Kemnitius LUTHERANVS, vbi agit de *septimo genere Traditionum.* Et CALVINVS Inst. lib. 4. c. 10. §. 20. *idem.*

III. Kemnitius ibid. *Nullis certis & firmis documentis probari potest, Qui sine Ritus ab Apostolis traditi: qui etiam ex Scriptura ostendi non possunt.*

SVADENT triplici genere Scripturarum.

I. Quibus iubetur nil ad Verbo Dei oportere. Vt Deut. 4. *Non addetis ad Verbum, quod*

quod ego precipio vobis; nec auferetis ex eo. Gal. 1. Licet Angelus de caelo Euangelizet vobis, praterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema sit.

2. Quia Scriptura sufficienter omnia continet. Ioan. 20. Hac autem scripta sunt, ut credatis, quod IESVS est Filius Dei; & ut credentes salui fiant. 2. Tim. 3. Omnis Scriptura, &c. utilis est ad docendum, & arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo DEI.

3. Quia Scriptura damnat Traditiones. Ha. 29. In vanum colunt me docentes mandata & doctrinas hominum. Math. 15. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Col. 2. Videte ne quis vos decipiat. &c. Secundum Traditionem hominem.

4. Ratio. Quia Scriptura data est ut habeamus regulam fidei, ait Aug. 19. Civ. c. 18. At Dei perfecta sunt opera: ergo ea regula perfecta est, & adaequata fidei.

AVTOR. I. Hic duo aduerte: 1. Mendacia, quæ nobis affingunt: De his in meo *Mendace Antipapist. par. 1. q. 2.* Alterum: Contradictionem, qua se ipsos iugulant. 1. Nam Brentius & Kemnit. locis notatis, aperte dicunt; *Nihil equari posse Scripturis sacris.* Kem. *Insignis audacia est, Majestati & Autoritati Scriptura Canonica aliquid equare.* At è contrà Brentius ibid. *Negari non debet, neque potest; quin tam Christus multa dixerit, & fecerit; quam Apostoli multa tradiderint, & instituerint; qua non sunt ab ipsis literis comprehensa.* Kemnitius ibid. *Apostolos Ritus quosdam ordinasse & tradidisse Ecclesiis, eorum scriptis certò constat: Et verosimile est quosdam alios externos, qui in Scriptura annotari non sunt, ab Apostolis traditos esse.* Atque ita tuopte peculio sibi laqueum parant insuspensum isti.

II. Ipsa NECESSITAS Traditionum docet ipsas, euincitque probas.

I. Quia Scripturæ sine iis non fuissent necessariæ, nec sufficientes: Nam Traditio fuit Autor condendæ, tradendæq; Scripturæ; jam traditæ verò Custos & ipsa fuit, est, erit. 2. Quia Trad. quædã sunt Apostolicæ tam de Fide, quàm de Moribus necessariæ. 3. Quia de veris Traditionibus esse certi possumus viâ certâ; ideo salutare sunt. Singula nunc doceamus.

DE I. Scripturas sine Traditionibus non fuisse sufficientes, nec simpliciter necessarias, probatur trifariam: 1. Ab Veteri Testam. 2. Ab Noni Scriptio- ne & prædicatione. 3. Ab partium enumeratione.

DE I. Ex quo homines fuerunt, ab Adam ad Moysen, aliqua fuit in mundo Ecclesia colentiū DEVM Fide, Spe, Charitate, ritibusque externis. Ideo S. Aug. lib. 11. Civ. inde ab Adam deducit Ciuitatem Dei. Et tamen ante Moysen nulla extitit Scriptura sacra; sed sola de cultu Dei Traditio. Vnde Genes. 18. Scio, quod Abraham præcepturus sit filiis suis, & Domui suæ post se; ut custodiant viam Domini. Cū igitur annis bis mille fuerit illa primogenia conseruata Ecclesia: etiam Christiana potuisset stare absque Scriptura ad 1600. annos sub eadem custode Traditione.

2. A Moyse ad Christum erat quidē lex scripta, sed solum Iudæorum: reliquas inter gentes etiam erat Religio colentium Deum verum; at in Traditione sine Scriptura sacra. Ita de Iob. eiusque amicis docet Aug. l. 2. de pecc. orig. cap. 24. & l. 18. Civ. c. 47.

3. Inter Iudæos, etsi Lex scripta esset, potius tamen Traditione utebantur,

B 3 quam

quam Scriptura. Vnde Exod. 14. *Narrabis filio tuo, dicens: hoc est, quod fecit Dominus.* Deut. 32. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Job. 8. *Interroga generationem pristinā, &c.* Scriptorum vltimus Ecclesiasticus cap. 8. *Non te pretereat narratio Seniorum: ipsenim didicerunt à patribus suis.*

4. Esdras primus dispersos antè diu libellos Scripturæ collegit in vna Biblia post captiuitatem, teste *Theodoreto prafat. in Psalmos. Beda in Esdra 9.*

DE II. A Christi aduentu Ecclesia Christiana diu degit sine Scriptura Noui Test. acquiescens ad Traditionem. Vt *S. Irenæus l. 3. c. 4* testetur, suā memoriā gentes esse Christianas, Scripturæ nescias; & è sola Traditione viuere benè. Itaque huius vis est potior quàm Scripturæ.

2. SUFFICIENTES Non sunt Scripturæ. Quia nec Singuli, nec Omnes Euangelistæ continent omnia; nec omnes libri sacri extant: Nam ait *Chryf. hom. 9. in Mat. Multa ex prophetis perire monumentis; quod de historia Paralipomenon probare possibile est.* Et epistola Pauli ad Laodicenses perijt; de qua constat *Colof. vlt.* Et antè diu prædicarūt Apostoli; quam scribere cœpissent.

DE III. Traditiones sunt Apostolica de Fide & moribus multæ, quas ignorari non licet; quæ tamen in Scripturis non extant. Vt in exemplum, 1. Symbolum Tradiderunt Apostoli; & non scripserunt. Ita *Iren. l. 3. c. 4. Hieron. Epist. ad Pammachium, Aug. l. de fide & operib. cap. 9. Ambr. epist. 81.* 2. In Veteri Testam. Circumcisio fuit pro masculis in remediū peccati orig. Suū verò & foe-

minis fuit; tamē neq; id è scriptura constat. &c. Plura vide apud *Bellar. l. 4. c. 4.* Et in meā *Genealogia part. 1. quest. 2.*

3. Deinde Iacobi epistolam iudicat *Lutherus stramineam; Calvinus Apostolicam.* Quis decernet? Traditio: non cuiusque Spiritus. 4. Adde: *Calvinus Inst. 1. c. 9 §. 1.* contendit Apostolos, primæque Ecclesiæ fideles habuisse verum spiritum: At ij iudicabant librum Sapientiæ esse sacrum; teste *Aug. l. de prædest. c. 14.* Eum tamē *Calvinus*, etiam iactans spiritum, vult esse profanum. Et sic de cœteris libris. Quis decernet? Traditio. Et hanc solam recipi opertere constrictus ait *Brentius in Prolegom. & Kemn. in Exam. Trid. ad 2. genus tradit. &c.* Quare standum est Verbo Tradito Fidei a quæ ac Morum: idque necessariò. Liquebit infra clarius in Appendice ex P. Baccano.

Denique Regulæ certæ sunt quinq; , è quibus ad certitudinem veræ cuiusque Traditionis peruenitur: de quibus in *Genealog par. 1. q. 2.*

DICO AD I. Ibi agitur de verbo Tradito, non de Scripto: quia ait, *quod ego præcipio; non, quod scripsi.* Deinde iubet obseruari mandata, non deprauari. Nam Prophetæ, Apostolique multa Scripturis addiderunt; Prophetas dein & Christus citauit. Ad Gal verò loquitur de & Scripto & Tradito: *Euangelizauimus* ait, non *Scripsimus*. Et ibi *Præter* significat *Contra*: quia, ipsemet postea alia plura docuit. Sic & *Rom. vlt.*

AD II. Ibi loquitur de miraculis Christi scriptis solum aliquibus: *Significat IESVS,* Paulus verò cū scribat ad Tim, tunc necdum extabat *Apolypsis,*

calypsis, nec Euangelium Ioannis: Itaq; *omnis scriptura*, non significat totam, sed quamque etiam partem, esse *diuinitus inspiratam*, & sufficientem quoad ea, quæ expresse continet, & quæ, vnde petenda, ostendit. *Deinde. Vtilis* nunquam significat *Sufficiens*: Nam alioquin non scripsisset idem, 1. Cor. II. *Cetera, cum venero, disponam.*

AD III. Non reprehendunt Traditiones à Moysè & Prophetis acceptas; sed nouitates à nouatoribus inuectas. Ita Patres.

AD IV. Non vt esset regula; sed memoriale rerum per prædicationem acceptarum. Non, inquam, vt regula foret fidei; quia tunc continere deberet & sola, & omnia quæ fidei sunt; ceu Symbolum Apostolicum: at & alia habet, quæ ex se non pertinent ad fidem: creduntur tamen, quia scripta sunt. Est ea autem regula Partialis: nam Totalis, est Reuelatio facta Ecclesiæ; cuius species sunt duæ, Verbum Scriptum, & Traditum.

## APPENDIX

### TRADITIO-

N V M

Ex Manuali R.P. Becani huc reddit a in Testimonium Facti.

VETERIS TESTAMENTI Traditiones sunt duplices: 1. PHARISÆICÆ illaudatæ: vt Lotio manuum ante mensam, *Matth. 15.* Sub mensa, *Marc. 7.* & Venientium è foro, *Marc. 7.* Abstinentia à mensa peccatorum. *Matth. 9.* à

taçtu eorum. *Luc. 7.* à curatione ægrorū in sabbatho, *Luc. 6.* Sæpè, *Luc. 5.* ieiunandum & orandum. Decimæ omnium minutiarum, *Matth. 23.* Non jurare per aurum, &c. templi. *Matth. 23.* De his seu malis, seu bonis, seu mediis, reprehendebantur. 1. Quia, *Matth. 23.* *Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* 2. Quia ibid. *comeditis domos viduarum, orantes longas &c.* 3. Quia ibidem, *superstitiosè erant colantes culicem &c.*

2. MOSAICÆ laudatæ: vt de Canone librorum sacrorum certo: De remedio pec. orig. pro foemellis ad salutem necessario: Deque cruentis Sacrificiis, quod Christi mortem significarent, indeque vim expiatoriam haberent, non ex sese, & verò necessariam ad salutem. *D. Th. 2. 2. q. 2. a. 7.*

V s v s Traditionum maior fuit Iudæis, quàm Scripturæ, in his etiam quæ scripta erant. Vnde *Exod. 13.* *Narrabis filio tuo: Hoc est quod fecit Dominus &c.* *Et erit quasi signum in manu tua.* *Deut. 23.* *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: Interrogas patrem tuum, & annuntiabit tibi; Majores tuos, & dicent tibi.* *Psal. 77.* *Quanta mandauit Patribus nostris nota facere ea filiis suis; vt cognoscat generatio altera. Filii, qui nascentur, & exurgent & Narrabunt filiis suis.* Ecce Mandatum Traditionum: vt etiam scripta docere & discere per Traditionem potius iuberentur, quàm per scripturam. Tum Quia Pentateuchi duo solum erant exemplaria, vnum in Arca, sub custodia Sacerdotum; iussorum id septimo quoque anno prælegere populo, *Deut. 31.* quod amissum Helzias reperit, *4. Reg. 22.*

Alte-

Alterum asseruabatur sub Regis custodia. Tum Quia in schedis lex dispersa erat; quam serò Esdras in voluminis redegit formam.

II. NOVI TESTAM. TRADITIONES sunt triplices. 1. APOSTOLICÆ GENERALES, non expressæ in Scriptura; cum eo tamen parem habentes auctoritatem. De quibus vniuersè 2. Thet. 2. *State, & tenete Traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram.* Quippe tam prædicatores Apostoli, quàm scriptores sunt eodem spiritu inspirati; hinc parvtriusque Verbi est auctoritas. 2. APOSTOLICÆ SPECIALES, de dogmatibus 1. Fidei, Quòd Biblia sint Verbum Dei: Quòd mancant nobis salua & incorrupta: Quòd eorum verum Sensum habeamus. Quæ tria sunt Principia Fidei ac Morum summè ad salutem necessaria. 2. Quòd Symbolum fidei sit verè Apostolicum. 3. Quòd *Sp. Sanctus à Patre Filioque procedat.* 4. Quòd *Filius à Patre Solo est; non factus, nec creatus; sed genitus.* 5. Quòd infantes sint baptizandi. 6. Quòd baptizati ab hæreticis non sint rebaptizandi. 7. Formam Baptismi esse; *Ego te baptizo, &c.* 8. Quòd septem solùm sint Sacramenta. 9. Quòd Deipara manserit Virgo perpetua. Horum aliqua possunt ex Scriptura probari; sed si de huius sensu constiterit: At Calvinus negat verum, verbi gratia, istius sensum: *Nisi, quis renatus, &c.* sic & plurium.

2. DE DOGMATIBVS RITVVM: Vt. 1. Exorcism<sup>9</sup> in baptismo. 2. Merisio trina: 3. Chrismatis annua renouatio. 4. Mixtio æquæ cum vino in

calice Missæ. 5. Sumtio Eucharistiæ ab ieiuniis. 6. Sacrificatio pro defunctis. 7. Signatio frontis per crucem. 8. Cõprecatio ad orientem. 9. Aquæ benedictio. *Horum, ait Tert. l. de Coron: mil. c. 4. & aliarum eiusmodi Disciplinarum si legem exposules Scripturarum; nullam inuenies. Traditio tibi prætenditur autrix, Consuetudo Confirmatrix, & Fides obseruatrix.*

3. ECCLESIASTICÆ, post Apostolorum tempora introductæ, eiusdem cum Apostolicis auctoritatis Non sunt; licet piè obseruandæ: teste *Aug. epist. 118. Quia à plenariis Conciliis commendata atq; statuta retinentur.*

III. LUTHERO-CALVINISTÆ in rejiciendis peccant quadrifariam. 1. Quòd imitentur priscos hæresiarchas hac in re; vt reprobos Traditionum exautoratores & reprobatores Arianos, Macedonianos, Eunomianos, Eutychanos, Pelagianos &c. 2. Quòd dissentiant inter sese: Nam Alij rejiciunt omnes omnino Traditiones: Vt Calvinus, & Calvinistæ in *Synodo Vltraiectiona*: Alij quasdam admittunt; vt Kemnitius: Alij distinguunt; cas de rebus adiaphoris admittunt; de necessarijs ad salutem, respuunt. 3. Quòd falsò nobis affingunt plura, vt sequitur.

1. Nos docere; Scripturam sine Traditionibus humanis imperfectam ac insufficientem esse.

AT vbi de vero sensu Scripturæ non constat; non sufficit: *Deinde*, multa sunt credenda, quæ non sunt in Verbo Scripto.

2. Nos docere; quod mereamur per Trad. Hum. gratiam iustificationis, & remissionem peccatorum. Ita Melanch.

AT



At utramque gratis nobis conferri per merita Christi docemus.

3. Nos docere, Quod omnes Traditiones nostræ sint Apostolicæ. Ita Calvinus, At agnoscimus etiam merè Ecclesiasticas.

## II, DE VERBO INCARNATO.

LECTOR. Hoc in Argumento rerum paulo prolixior insisto: idq; in recitandis magis Nouatorum sententiis, quam refellendis; quod suapte sese immanitate iugulent ipsæ. Sunt autem sententiæ nonnulla paucorum dūtaxat Sectariorum singulares de Christo, non communes omnium: Quadam, in quibus nec sui earum autores sibi constituerunt; sed ab iis abierunt. Veruntamen autorum Vox emissa volat; & Litera Scripta manet: Suoque perit indicio sorex.

Et imprimū.

### DE CHRISTI DIUINITATE.

#### QVÆSTIO VI.

Qualis est Luthero-caluinistica con-  
clamatio aduersus SS,  
Trinitatem?

LUTHERVS in Postilla Maore, Basilæ impressâ apud Hecusgium, in Dom. Trinit. Humanitas tantum inueniunt: est vox TRINITAS. Vnde & frigidè omnino sonat. Translyuani Ministri lib. 2. cap. 9. gloriabundè hæc parentis sui autoritate vtuntur. Tali digna patre proles! Patebit clarius infra quæst. 9.

Idem Lutherus exaucorauit è Litaniis istud: S. Trinitas vnus Deus Misereere nobis. Tom. 2. Ienen. fol. 79. a. Vt de Deo sentit, ita & loquitur; Noster Dominus non est stramineus Ibid. fol. 215. b. Non est porcus Ibid. fol. 244. a. Non est Sutor. Ibid. fol. 442. a. Veruntamen Hæreticus est, hoc iam Verum est, quàm Verum est, quod celeberrima Vniuersitas Ingolstadiana est hodie.

Quocirca, ait in Col Momp. f. 369 b. Custodiat nos Deus à magnis illis primæ tabula tentationibus; in quibus sciri nequit; Deusne sit diabolus; an diabolus sit Deus.

us. Expertus loquitur. Ibid. fol. 302. b. Illa enim tentatio, (si quis faciat ex Deo diabolus) Christum comprehendit, eumque in agoniam redegit, & Sanguinem suum dedit.

CALVINVS in epist. ad Polonos: Trinitatis nomen repudiamus. Immo, idem Instit. lib. 1. cap. 1. §. 5. Sepultum in posterum volumus. Egregium ex Theologo Vespilouem!

AVTOR. Impietas se iugulat ipsam; quò mihi paucioribus opus 1. Vox TRINITAS in S. Scripturis expressa de nomine non est: at de Re est. Matt. ult. Baptizate omnes gentes in nom. Pat. & Fil. & Sp. Sancti. 1. Iohan. 5. Tres sunt, qui. &c. 2. Patribus antiquissimis ea vox in vsu est: Vt Dionysio lib. de diuin. Nom. c. 1. Iustino de recta Confess. fidei &c. Vide Bell. l. 2. de Christo cap. 5. 3. Nec Trinitas significat Trium Vnitatem; vt Val. Gentilis errauit: Sed Trinitatem in Vnitate veneramur, ait Symb. Athan.

II. LUTHERVS è Bibliis suis germanicis, Wittenbergæ impressis, eiecit verba illa, 1. Iohan. 5. Tres in celo sunt, qui testimonium perhibent; Pater, Verbum, & Spir. Sanctus.

1. TIGVRINI CALVINISTÆ Magistrum imitati, eandem suis è Bibliis sententiam expunxerunt. 2. Protinus horum secutus autoritatem, eam fidenter vsus est Blandrata Arianus, cum sociis in disputat. Albana, Et in refutatione libelli Georgii Maioris.

3. Hinc LITHVANIIS Ministris, & eorum atro visum spiritui, in Synodo anni 1589. 11. Maij, habita: Synodi autoritate; ne hoc nomen Trinitas in concionibus deinceps vsurpetur, in perpetuum porro decernimus & sancimus.

III. Lamberto Danzo Calvinista lib. contra Genebrardum Paris. Theol. Insulsa, inconcinna, periculosa hæc oratio est: Sancta Trinitas miserere nobis.

2. Caluino epist. 2. ad Polonos: Sapit barbariem. Hancque Blasphemiam Beza lib. de

C Vnit.